per filii tui incarnationem cognouimus. per
passionem eius et crucem ad resurrectionis
gloriam perducamur. Per c. Roberti epi.

Deus qui nos deuota beati Roberti co
fessoris tui atque pontificis instan
tia ad agnitionem tui sancti nominis uocare
dignatus es concede propitius: ut cuius
sollempnia colimus: etiam patrocinia
sentiamus. Per. Secreta. Hostiam domine lau
dis tuis altaribus adhibemus quam ei tibi
credimus patrociniis commendari. cuius
nos uoluisti uotis ad tue pietatis peruenire
noticiam. Per. Complenda. Populum tuum domine
quesumus beato Roberto confessore tuo atque pontifice
intercedente pio fauore prosequere: et per sancta
que sumpsimus. a cunctis aduersitatibus
custodi. Per. Dominica in lxx.

Preces populi tui quesumus domine clementer exau
di: ut qui iuste pro peccatis nostris affligi
mur. pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per.

fragmentarium

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 4239, 00000008 – Sacramentarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-t70a/149/2478)